



Me  
Sven Syd 920<sup>3a</sup> - 4<sup>o</sup> 2

9  
2

G. q. 106. a.





GRATIAM CHRISTI,  
 EGREGIAE, DVM VIVERET, SPEI IUVENI  
**CHRISTIANO DANIELI**  
**LOTHERO,**  
 HIRSCHBERGA - SILESIO,

MORTALI VITA D. XIII. KAL. FEBR. clp. Iscc. LIII. DEFVNCTO,

LARGE EXHIBITAM

CONCELEBRANT,

ET

AMORIS

POST FVNERA VIVI

MONVMENTVM HOC

D. D. D.

PAEDAGOGII BERGENSIS COLLEGAE.



MAGDEBURGI,

LITTERIS GODOFREDI VETTERI.

AK



ualis verna solet pandere se rosa  
Inclusam & calici dotem aperit magis,  
Postquam mane bibit roris aquas noui  
Et folis radios hians;

Sic nostrae fidei, paruus adhuc, datus  
Lother, tinctus enim rore sacro DEI  
Et Christi radiis fatus, opes magis  
Mentis proddidit optimaë.

Ast, vt crescit idem floribus haud decus  
Pingens molle caput, si violentia  
Incrementa fecat: Sic TIBI iam feræ  
Vis augmenta rapit necis.

Erro. Sorte cadis floribus impari.  
Deflorescere enim visus & emori,  
Tantum folliculos ponis: at optima  
Pars illacsa manet TVI.



**V**index mortis enim mox animam afferens,  
Hortis elyfiis inseruit TVAM:  
Et celestis aquae flumine laetior  
Nunc flore elyfiio nites.

**Q**antum lenta solet crescere celsius  
Stirps translata aliud mitius in solum,  
Ac virtute foli viribus auctior  
Fructus fundere largius.

**N**am, quanquam probitas egerat altius  
Radices animo, germina mollia  
Virtutis tamen hic infidiis patent  
Multis atque periculis.

**A**t nunc in superis sedibus occupans,  
Quem Christi TIBI mors obtinuit, locum:  
Et casus dubios iam positus supra  
Non mundi tremis impetum.

**P**eccatum ingenitum, quos TIBI sapius  
Expellit gemitus, amplius haud mouet.  
Sancti propositi victor enim, DEO  
TE soli penitus sacras.

**T**E nunc Eden habet, folque serenior  
Ridet iustitiae & laetitiae TIBI:  
Cingit blanda quies nescia limitis  
Lucentem TIBI verticem.

**O** Felix! numeris sanctus & omnibus!  
Fucum reiiciens iustitiae TVAE  
Quod Christi cupidus TE merito miser  
Sic inuolueris vnice.

**S**ic exempla sequens, queis TIBI praeiit  
Sanctum densa cohors, nisa modo fide:  
Nunc miseris ouans cœlicolis piis,  
Et Christi meritum canis.

**P**rospectus hilares! quos aperit fides,  
Cœli luce dia Spiritus emicat,  
Et Christus cineres restituet quoque,  
Splendori assimilans suo.

Quid? non corda ferit Vestra, beata fors  
Collega! iuuenis? Jam prohibet fides  
Iniustos gemitus & querimonias.

Nostri cernite gloriam,

Exspiret. Labor at non simul interit  
Noster, quo iuuenem fouimus impigri:  
Sperant ruricolae praemia, quamlibet  
Non statim sata germinent.

Vos soletur idem, copula sanguinis  
Quos iunxit iuueni mutus ac amor!  
Christi vos iterum regia colliget:  
Huc cursam modo tendite,

Vos, quae nunc tumulto condimus, interim  
In terrae gremio, membra! quiescite,  
Dum, vos flore nouo surgere, iusserit  
Christi magna potentia,





78 M 350

ULB Halle 3  
001 592 122



56.

Petro V







GRATIAM CHRISTI,  
 EGREGIAE, DVM VIVERET, SPEI IVVENI  
**CHRISTIANO DANIELI  
 LOTHERO,**  
 HIRSCHBERGA - SILESIO,

MORTALI VITA D. XIII. KAL. FEBR. cl. l. dcc. LIII. DEFVNCTO,

LARGE EXHIBITAM  
 CONCELEBRANT,

ET

**AMORIS**  
 POST FVNERA VIVI  
 MONVMENTVM HOC

D. D. D.

PAEDAGOGII BERGENSIS COLLEGAE.



MAGDEBURGI,  
 LITTERIS GODOFREDI VETTERI.

AK

